

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei
... Archiepiscopo Livonie et Pruscie.

Salutem, et Apostolicam Benedictionem

Archiepiscopus Prusciae in Livonia, Ruspia, et Estonia
Legationis apostolicae munere fungi pergat.

Cum te olim ad partes Prusciae, Estonie, et Livonie cum legationis officio misissemus, ac tibi postmodum ad apostolicam Sedem reverso, ut non obstante, quod fines tue fueras legationis egressus, eodem officio, cum ad partes predictas te redire contingeret, uti popes liberessicut prius de gratia duxerimus concedendum, tu tamen videns quod in Prusciae partibus ex labore tuo circa legationem huiusmodi speratus fructus non poterat provenire, ipsi legationi quantum in te fuit renuncians,

revocationis eiusdem litteras a predicta Sede,
sicut aperis, recepisti. Sed quia in eisdem litte-
ris non de Livonia, Estonia, vel Ruscia,
sed de Prussia dumtaxat mentio habeba-
tur, dubitans an ingressurus Livoniam, et
partes alias, ad quas missus fueras ut lego-
tus, cum necdum eas attigeris, accedere debeas
cum legationis officio, tua petit fraternitas apo-
stolice responsionis oraculo edoceri. Nos itaque ple-
nam gerentes in Domino de tua circumspectione
fiduciam, ut quod super hoc tibi videbitur, quo
ad Livoniam, Estoniam, vel Rusciam, Prussia
penitus excepta, Deum habendo pre oculis pru-
denter, ac laudabiliter exercere valeas, tibi aucto-
ritate presentium concedimus facultatem. Ita
tamen, quod Dilectis filiis... Magistro, et fratribus

Hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Li-
 vonia, seu Prussia, et Curonia, vel Estonia con-
 stituta, ac de his, que pertinent ad eisdem, i-
 psis invitis, seu renitentibus, te nullatenus intro-
 mittas. Quod si contrafeceris, illud ex tunc irri-
 tum esse volumus et inane. Datum Latera-
 ni VI. Idus Martii Anno XI.

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto Literarum
 applicarum f. r. Innocentii PP. IV., an. XI. epist. 314. quod
 adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fi-
 dem hic me subscripsi, et solito signo signavi.

Dabam & Pradie Kalendas Junii MDCCXXXVII.



A. Marini
 Tabular. S. R. E. Prefectus

Hospitalis sancti Martini thesaurarium in
nomine sancti Spiritus et carissimi vel
illudis ac de his que pertinent ad
partem vestre reverentiam de nullatenus
molest. Quod si necessitas illa extiterit
tunc esse volumus etiam. Datum
die 11. Mensis Martii Anno 1617.

Rescriptum et receptum in scriptis. Datum
apud nos in diebus 17. et 18. mensis
apud nos in tabularum secretorum. In
pam. hic me. et vobis. Datum
Datum de parte secretorum Anno MDCCXXVII.

